



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Thesavrvs|| Locorum|| Commvnivm|| Jvrisprvdentiaē

Barbosa, Agostinho

Lipsiæ, 1697

Cap. XLII. De Increstu.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80071](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80071)

Barbat. *consil.* 33. col. 4. in fin. lib. 1. Paris. *consil.* 8. n. 41. lib. 3. Socinus jun. n. 33. lib. 2. Grammat. *consil.* 101. n. 16. Sic etiam incerta petitio admittitur, si accessorie aliquid petatur, cum re principali. *cap. inter dilectos* 6. *vers. hec omnia.* & ibi Felin. de *fid. instrum.* Myns. in *S. curare.* n. 18. *insit. de action.* Regner. Sixtin. 1. *Consil.* Marburg. *consil.* 11. n. 15. His alia incertitudo dicitur determinabilis. §. 25. ff. de *legat.* alia apparet, alia in veritate l. 7. §. 1. de *C.E.* l. 27. de *condit. & demonstr.* Baldus *consil.* 188. per tot. lib. 5. ubi quod valet legatum factum futuræ uxori, vel futuræ nurui, quia licet sit incerta, tamen ex facto potest reduci ad certitudinem, Cravett. *consil.* 162. n. 3. *vers. tertio.* Ubi idem dicit, quando ex juris dispositione potest reduci ad certitudinem, & n. 4. extendit, quando uno casu tantum potest verificari, & n. 6. extendit etiam, quando incertum per iudicem venit certificandum, vel quando relatio fit ad unum certum de incertis, Bartolus & alii in l. fin. C. de *codicill.* ubi quod non viciat, quando provenit culpa adversarii, Baldus *consil.* 290. *Allegationes hinc inde* n. 2. lib. 4. ubi quod incertitudo non viciat dispositionem, vel opponi non potest, quando causatur a culpa opponentis, Zabarell. *consil.* 105. n. 2. ubi quod incertitudo, quæ brevi tempore venit declaranda, non nocet, sed imò cessat, & ideo limitatur axioma, quando incertitudo ad certitudinem reduci non potest, vel adest incertitudo in universo. Surdus *consil.* 128. n. 19. & 20. & *consil.* 221. n. 56. & 57. Stephanus Gratianus d. tom. 4. cap. 766. num. 8. qui cap. 742. num. 56. limitat etiam in incertitudine circa accessoria.

CAP. XLII. De Incestu.

Axioma I.

Incestus est concubitus illicitus inter consanguineos vel affines in gradu prohibito admixtus, & punitur in consanguinitate lineæ rectæ ultimo supplicio. Inter fratres & sorores atque eos, qui sibi sunt parentum & liberorum loco, fustigatione cum relegatione perpetua. Inter reliquos collaterales consanguineos relegatione tantum. In affinitate in lineâ rectâ, fustigatione, in lineâ collateralis, relegatione. Carpzov. *Prax. Crim. Quæst.* 72. 73. & 74. Berl. P. 4. *concl.* 32. n. 14. & *conclus.* 33. num. 5. Speid. in *Notab. verb.* Blute schande.

II.

Incestus cum parentibus & liberis in specie dici solet nefarius, quod ipsum Jus Naturæ violet

& talem bruta etiam animalia plerumque abhorreant. vid. Hug. Grot. de *Jur. B. & P. L.* 2. c. 5. §. 12. Carpz. *Præf. Crim.* 72. n. 19.

III.

Incestus committitur etiam in affinitate imperfectâ, non verò in cognatione spiritali, quæ merum Pontificiorum inventum est. Ziegl. in *Jur. Can.* p. 985.

IV.

Incestuosi liberi à legitimisationis beneficio Jure Civili Romano excluduntur. Ziegl. de *Jur. Majest.* p. 215. Solet tamen hodie Comitibus Palatinis concedi facultas, super maculâ natiuitatis eorum dispensandi, quod à legitimisatione in effectu non differt. Stryck. in *usu modern.* ad ff. de *his, qui sui vel alien. jur.*

CAP. XLIII. Incidenter.

Axioma I.

Incidenter permittuntur multa, quæ non sunt per se. l. *quoties* 3. C. de *judic.* l. nullum 14. de *testib.* Curtius jun. in l. 2. n. 32. ff. de *jurisd.* Laur. Tennin. *cautel.* 6. n. 97. Cujac. ad *cap. lator.* 5. qui *fil. sint legitim.* Sic is, qui non potest cognoscere de causa status per se, cognoscere tamen potest de ea, si incidit in quæstionem de hereditate. l. 3. C. de *judic.* l. 1. C. de *ordin. jud.* Sic Prætor de crimine capitali non cognoscit, nisi incidat in causam civilem. Cujac. in l. 6. C. de *rebus cred.* C. l. A. de *offic. Prat. thes. ult.* Sic incidenter & consequenter Camera etiam de causis criminalibus & matrimonialibus cognoscit.

II.

Incidents articulus quatenus reguletur secundum causam principalem, vid. Mev. P. 3. *Dec.* 83. n. 4. Et an incidens causa in foro causæ principalis judicanda, id. P. 3. *Dec.* 280.

CAP. XLIV. De Inclusionem vide Limitatio.

Axioma I.

Ex inclusione non inferitur alicui certæ personæ præjudicium. Corn. *consil.* 95. n. 20. & *consil.* 133. n. 10. lib. 2. Honded. *consil.* 12. n. 18. & *consil.* 13. n. 41. lib. 1. Farinat. 1. *consil.* 95. n. 16.

II.

INCLUSIO unius est exclusio alterius, l. cum *Prætor* 12. ff. [vid. *supr.* de *except. ax.* 8. & de *negatione ax.* 7.] de *judic.* l. cum *maritus* 21. C. de *procuratorib.* l. *quavis* 2. C. de *pignoribus.* l. ait *Prætor* 7. §. sed *quod Papinianus* 10. ff. de *minorib.* cap. *nonne. de presumpt.* [Exemplum est in l. 22. de *Legib.* ubi Anton. Fab. & l. 11. §. ult. ff. de *pignor. act.* add. l. 14. ut in *posseß. legat.* ubi C. J. A. thes. 6. num. 40.] Angel. Aretin. *consil.* 29. *Quando primum.* à num. 6. cum *segg.* Simon. de *Pratis de interpret. ultim. volunt.* lib. 2.